1) *Apographa variant inter Βρενδεσίνων, Βρουνδεσίνων, Βρουντεσίνων.* — 2) *Locus publice datus decurionum decreto.*

Ficticius est titulus philosophi Epicurei Orell. 1192 (= VI 5, 2360).*

7781 Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur |
ex Epicureio gaudivigente choro.[1]

Neapoli rep. loco antiquo, in sepulcro prope ecclesiam S. Mariae della Sanità, iam Florentiae (X 2971 viderunt Mommsen et Bormann; cf. M. Ruggiero scavi nelle province di Nap. p. 12 seq.). Buecheler carm. epigr. n. 961. — 1) *Hauranum philosophiam publice professum esse, ut ii qui praecedunt, quamquam ex hoc epigrammate minime colligi potest, tamen titulum hoc loco proponere placuit.*

7782 Aulus Palateina Egnatius Priscilianus, |
arte super gemina nobilis es[1] sophia[2].
dum | vixi, didici, quae mors quae vita homini esset, |
aeterna unde animae gaudia percipio.

Romae, sub statua philosophi sedentis (VI 17106 viderunt Smetius, Pighius, alii). Buecheler carm. epigr. n. 1250. — 1) *Sic Pighius cum aliis,* et *Smetius. Videntur priore disticho verba fieri ad Priscilianum; aut intellegendum: ex sophia.* — 2) *Grammaticane et rhetorica intellegenda est? (Buech.).*

7783 Euphrosyne | pia, | docta novem músis[1], | philosopha, v. a. XX.

Romae ad viam Salariam rep. (VI 33898 = Notizie degli scavi 1888 p. 282). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1301 v. 6.*

T. Φλαούιος Μάξιμος, Κρὴς Γορτύνιος, φιλόσοφος, *sepultus in sepulcreto Carthaginiensi (cf. ad N. 7738[2]) VIII S. 12924.*

Acta de schola Epicurea Atheniensi.

7784 . . . . . . [*καὶ το*]ῖς ἄλλ[*οις*] . . . .
(2) [*M. Annio Vero II Cn. A*]rrio Augure co[*s.*][1]. |
(3) A Plotina Augusta[2]. |

(4) [*Quod studium meum*] erga sectam Epicuri sit, optime scis, d[*om*]ine. Huius successioni a te succurrendum | (5) [*est; nam quia n*]on licet nisi ex civibus Romanis adsumi diad[*o*]chum[3], in angustum redigitur eligendi | (6) [*facultas.* | (7) *Rogo e*]rgo nomine Popilli Theotimi, qui est modo diado[*c*]hus Athenis, ut illi permittatur a te et Graece | (8) [*t*]estari circa ha[*n*]c partem iudiciorum suorum, quae ad diadoches ordinationem pertinet, et peregrei-|(9) nae condicionis posse substituere sibi successorem, s[*i i*]ta suaserit profectus personae; et quod Theotimo | (10) concesseris, ut eodem iure et deinceps utantur fut[*uri*] diadochi sectae Epic[*u*]ri, eo magis, quod opservatur, | (11) quotiens erratum est a testatore circa electionem [*di*]adochi, ut communi consilio substituatur a studio|-(12) sis eiusdem sectae qui optimus erit: quod facilius fiet, si e[*x*] compluribus eligatur.

(13) [*I*]mp. Caesar Traianus Hadrianus Aug. Popillio Theotimo: permitto Graece testari de eis quae pertinent ad diado|-(14) chen sectae Epicureae.

archive.org